

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bellum d
cum fontibus proximo et primo

Ordo naturalis mortalium paci accommodatus
hoc poscit ut suscipiendi belli auctoritas
atque consilium penes principes sit.

Augustinus contra Faustum.

Unde Augustinus dicit, *contra Faust.*,
Ordo naturalis, moralium paci accommodatus,
hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas
atque consilium penes principes sit.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda*
secundae, 40.1 (P. Caramello ed., p.207).

Interest enim, quibus causis quibusque auctoribus
homines gerenda bella suscipiant;
ordo tamen ille naturalis mortalium paci adcommodatus
hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas
atque consilium penes principem sit,
exequendi autem iussa bellica ministerium
milites debeant paci salutique communi.

Augustinus Hipponensis, *Contra Faustum*, 22.75 (CSEL
25, J. Zycha ed., p.673, ll.10-15).